



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

97. An si eo tempore, quo debet fieri provisio peer Concursum, non adsint
examinatores Synodales, de quibus loquitur Concil. Trid. sess. 24. c. 18.
possit Episcopus deputare alios absque Synodi ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

362 Tract. III. De Potestate Episcoporum,

multis locis synodus non celebrari per plures annos, potest colligi posse successores in officio designari, modo Concilium Synodale suam exprimat intentionem? ex altera parte cum addit, & qui pro tempore erit, suam explicit voluntatem apertissim, non est dubium in illo casu successores comprehendendi, & esse veros, & legitimos Examinatores Synodales. Nec Rotæ Decisiones, que adducuntur in contrarium, loquuntur in isto casu. Vnde Gauantes in præsidio Synod. cap. 31. ait, fortasse valere in eo casu, sed ob dictas rationes mihi est certum, ait Tancredi, ubi supra, qui testatur sic vsu fuisse receptum in multis Diocesibus, & presertim in Archiepiscopatu Montis Regalis.

S. Sed quid hic incidit sermo de Examinatori-
bus Synodalibus, quæritur an possint ex confuetudi-
ne aliquod stipendium intuitu sui officij accipere. Et
negative respondet Garzias de benef. par. 9. cap. 2. n.
368. qui n. 374. tres Declarationes Sacra Congre-
gationis adducit, in quibus statuitur quod neque
Episcopus, neque Synodus Diocesana possunt ita-
tuere aliquod stipendum etiam minimum Examina-
toribus pro concursu Parochialium, & si fecer-
int, decretrum ~~lo~~ iritum, & nullum. Et has decla-
rationes adducit etiam Bellarminus & Barbosa ad
cap. 18. seqq. Concilij Tridentini. Vide etiam Bar-
bosam de potestate Episcop. par. 2. Allegat. 60. n. 52.
& alios penes ipsos.

6. At his non obstantibus Pater Hurtado vbi supra refol. 4.n.47. cum seqq. contrariam sententiam putat probabiliorem, & pro eo citat Ledesmam, & Nauarrum, quibus ego addo Franciscum Züpam in iure nono Pontificio, lib. 5. tit. de Simonia, n.5. vbi sic air: Porro rigidissime procedit Concil. Trid. seqq.
24. cap. 18. §. Caevantique aduersus Examinatores promouendorum ad Ecclesias Parochiales per concursum. Caevantique, inquit, ne quidquam proflus occasione huius examinis, nec anteas, nec post accipiunt: alioquin simoniae virtutem, tam ipsi, quam alii dantes incurvant, à qua ab soluto nequeant nisi dimissis beneficiis, quæ quomodoconque etiam anteas obtinebant, & ad alia in posterum inhabiles redundant, rigidissime inquam ne quicquam, inquit, vnde citati à Barbosa in Collectan. Doctor, ad Concil. Trid. ad d. §. Caevant. num. 13. & seqq. ne minimum quidem permittunt accipi: ne quidem ex interpretatione cap. & si 10. de Simon. occasione, inquit, huius examinis; non tantum in pretium, & pactum, sed etiam causa gratitudinis: fidem etiam contra dicti cap. Et si: ne ante, inquit Concil. Trident. nec post etiam contra d. cap. Et si, cap. in ratione ed. c. ad Apostol. 10. eod. vbi post praetitia officia non pretium, sed eleemosyna, seu quid aliud consuetum accipi permittunt: ateo quidem scrupulosè, vt omnino nihil causa laboris, & in vicem stipendiij, etiam ex fructibus Beneficij vacantis, aut alias recipi permittent: nisi forte Episcopus, de quo Concilium non statut stipendum, de suo tribuat: at vero vt hic rigor pronos deterreat, non est admittendum oppugnande: ceterum verius puto, non tantum quod pro labore, studio, molestia Examinatorum ab Episcopo de suo solutor, prohibutum hic non esse, sed etiam quod neque ab economo beneficij vacantis, ad nutum iudiciumque Episcopi quinimo sententiam Concilij ex vergere, vt de currentibus agat tantum, vel per se, vel per alios vel eorum nomine alii tantum agat: ex verbis, tam ipsi, quam alii dantes: idque ad finem peruertere rectum Examinatorum iudicium ex connexione tex- tis; iurent, inquit, se quacunque humana affectio ne postposita fideliter minus executuros: & coniungit, caueantique ne quidquam. accipiunt, &c.

igit ergo de recipientibus, & dantibus ad inducen-
dam humanaam illam affectionem, ne prius ex-
tra iuris rationem sistamus, & verba magis, quam
mentem fassim; quia cum ea tantum dantur, que
voluntate recipiens, inquit, dicit. Et si incli-
nare, vel monere non debant, Ecclesia Romana
interpretati non confusur recipientem his delin-
quere, vel donantem. Hucusque Zypaeus, & ad declara-
tionem Cardinalium superius adductam respon-
det Hurradus, quod nisi sit in forma Authentica in Supradicta
ducta ab Urbano VIII. non habet vim. Ad cuius ducta in
Authenticam formam inter alia, ut vim obligante s. et. et. et.
habeant, duo requiruntur. Primum quod Auditor artio R.C.
Camere Apostolice sub censura mandet eas obser-
vare. Et sic obseruantur stylus Curiae Ita Valerus de ca. & f. et. et.
differ. verb. Absolutori diff. 1. num. 20. Secundum de ca. & f. et. et.
quod dicatur cas facias consulter. Summo Pontifice. 24. figurae
Ita Corialonus de casib. refer. part. 1. feli. 1. art. 11. a. §. contr.
num. 5. Peyrinis, tom. 1. de Subdit. quesit. 1. cap. 25. doctribus & aliis
conclus. pag. mibi 291 Vnde, & consulto Summo art. 25. et. et.
Pontifice Urbano VIII. die 2. Augusti anno 1631. carissimi
omnes declarationes Cardinalium impressæ, vel si placuerit
imprimenda prohibentur tanquam non authenticæ, etiam personæ
nisi illæ quo in authentica forma solito sigillo, & subscriptio-
ne Eminentissimi Cardinalis prædictæ, et anno-
Secretarii eiusdem Congregationis pro tempore exi-
stentis munire fuerint, & nobis non constat an declaratio illa sit ita authentica, præcipue cum, vt
notat Salas de legibus dispu. 2. fel. 9. num. 53. Con-
gregatio non semper, sed in raro casu, & in gravi-
tibus, & difficultioribus dubiis Summum Pontificem
confutare solet. Hæc Hurradus: quæ quidem non
omnia approbo; nam paucissimæ Cardinalium Declara-
tiones vim haberent: vnde circa presentem dif-
ficultatem non audeo à prima sententia negativa re-
cedere, propter reverentiam quam debo Purpura-
torum Patrum Responsis.

7. Nota verò quodex Garzia docet Massobius
in Praxi habendi concursum Requisit. 16. dub. 1. posse
Episcopum de suo dare aliquid Examinatoribus,
quia hoc nullibi reperitur prohibitum.

RESOL. XCVI.

An si eo tempore, quo debet fieri prouiso per concursum, non adfici Examinatores Synodales, de quibus loquitur Concilium Tridentinum, sessi. 24. c. 18. possit Episcopos depulare alios absque Synodi celebratione?

Et an beneficium sic collatum possit ab alio impenetrari?

*Et an existentibus in Synodo Doctoribus, Clerici non
Doclores possint eligi in Examinateores Syno-
dales?
Et quid si quotannis Synodus non fiat, an Examina-
tores deputati munus suum debeant exercere, do-*

nec noua Synodus habeatur?
Et an, si anno auctem elapso, aliqui ex eis mortui
fuerint, officium omnium expiret? Ex p. 3. t. 5. &c.

Misc. I. Ref. 64.

Et ratio est, quia vbi forma
à lege inducta non potest præcisè adimpleri, tunc illa

illa remittetur; sed cum Concilium Tridentinum loquatur cum præsupposito, quod examinatores synodales existant, ergo cessante hoc præsupposito, cessare debet eius dispositio.

1. His tamen non obstantibus, negatiuam sententiam docent nouissimū Antonius Massobius in praxi habendi concursum requis. 12. num. 6. à num. 4. epp. ad num. 10. & Doctor Melchior Lotterius de re beneficiaria, tom. 1. l. b. 2. quest. 31. num. 71. & vbi notat affirmatiuam sententiam, & decisio-nes Rotæ procedere, quando concurrent calus mor-tilis, vel ableniens dputationem in Synodo infra annum à die celebrationis eiusdem Synodi, vt fuit de-clusus per Sacram Cardinalium Congregationem, in via Panomitana Archipresbyteratus, 5. Iulij 1620. com. Illusterrimus Buratius: nam quemadmodum hoc calu, nihil possit imputari Episcopo, qui neque ex forma Decreti Concilij Tridenti, neque ex forma antiquorum Canonum, tenetur intra annum ultima quam semel cogere Synodus; ita si annus iam est clausus, omnino imputari ei debet, cur non admpliari formam Concilij Tridentini, cum sufficie-ntia vacatio, illicet possit indicere Synodus; & in prima eius sessione deputare Examinatores Synodales, atque ita Decreti formam adhibere. Sic Lotterius: unde patet responsio ad argumentum Ricci, Homoboni, & aliorum *vbi supra*. Et ita etiam hanc sententiam docet Garsias de benef. tom. 2. part. 9. c. 2. num. 92. vbi sic asserit. Magis confor-mis Concilio videtur sententia Sacrae Congregatio-nis, nam clauso anno, defectus Examinatorum con-tingit culpae ipsius Episcopi non facientis Synodum, in qua illi deputentur, ut disponit Tridentinum, & sic defectus iste culpa sua, & negligentiā contingens, non excusat eum ab obliteratione formæ, & sic cef-fat ratio Rotæ. Ita Garsias, & aduersus Ricciū hanc etiam sententiam tenet Venerus in exam. Episc. lib. 4. cap. 25. num. 12. afflērens beneficium sic col-latum, posse ab alio impetrari, quia prouisio deuolu-tur ad Sedem Apostolicam ex expresso Decreto Concilij Tridentini. *vbi supra*. & Bulla Pij V. in Bullario 21. irritante prouisione factas sine Examinatorebus synodalibus; & ego hanc sententiam pro-babiliter esse existimo: quando vero infra annum Synodi Examinatores mortui fuerint, tunc Episco-pus alios eligat iuxta formam Decreti Clem. VIII. quam afferunt Massobius *vbi supra* dub. 3. num. 2. & Garsias n. 73.

3. Notandum est tamen hinc obiter, quod de-clatū Sacra Congregatione à Cosmo Cardinali & Torres subscripta, sic asserit. An existentibus in Synodo Doctribus, Clerici non Doctores possint eligi in Examinatores Synodales: Sancta Congregatio Cardinalium Concil. Trident. respondit necessariō Examinatores eligi debere, qui sunt Magistri, le Doctores, aut Licentiatī in Theologia, aut iure Canonicō, si extēt; alioquin alios Clericos esse eligendos, qui ad id videbuntur magis

4. Nota etiam, quod si quotannis Synodus non faciat Examinatores semel deputati munus suum de-bent exercere, donec noua Synodus habeatur, ut re-ficit decimum Franciscus Leo in thelau. fori Eccl. part. 2. cap. 4. n. 2. si anno autem clauso, aliqui ex eis mortui fuerint officium omnium expirat; & ita decimum re-ficit Galetus in Margarita conscienc. ver. Examina-tore. n. 1. vide etiam Venerum in exam. Episcop. lib. 4. c. 3. n. 8. & 10. & Barbosam de potest. Episcop. par. 3. allegat. 70. n. 48. & 49.

Tom. III.

RESOL. XC VIII.

An concursum alienius beneficij vitetur ex eo, quod cum Examinatoribus Synodibus adhibeantur alii Examinatores non Synodales? Ex p. 3. tr. 5. & Mise. 1. Ref. 6.

1. Negatiuē respondet Homobonus de exam. Eccles. p. 1. tract. 2. cap. 5. quest. 30. vbt sic. asserit. Si tres Examinatores Synodales adhīsint, & alii duo non synodales ad maiorem & abundatiōrem cautelam adhibeantur, actus propterē vitiani non videtur, præterē cūm is actus naturæ vel formæ non repugnet, sed potius ad illius augmentum tendat, nec Cœcilium id vt superfluum prohibeat, neque illa taxatua dictio vetatur. Et ita etiam docet Naldus in summa, ver. examinatores, num. 3. qui adducit pro hac sententia quandam Rotæ deci-siones.

2. Sed contrariam sententiam tenendam esse puto, & ita docet Massobius in praxi habendi con-cursum, requis. 13. dub. 1. n. 2. & Garsias de beneficis tom. 2. part. 9. cap. 2. n. 8. 324. & 341. vbi adducunt declarationes Sacrae Congregatio[n]is, ac Rotæ deci-siones, per quas determinatum fuit collationes fa-cias, habito concurso cum tribus Examinatoribus Synodibus, vñā cūm alii notis ab Archiepiscopo Toletano, absque eo, quod à Synodo approbati sint inuidas esse, cāsq[ue] ad Sedem Apostolicam deno-lutas esse. Ad argumentum vero contrariæ senten-tiæ, respondet Massobius *vbi supra*, quem omni-no vide.

RESOL. XCIX

An quando examinandi ob timorem Examinato-rum turbarentur; si vere sint idonei, licitum sit eos premonere de punctis, de quibus erunt interro-gandi?

Et an hoc locum habeat tantum in examine Episcoporum, v.g. coram Pontifice, & in examine Con-fessiorum coram Episcopo, & in examine nostro-rum Scholasticorum coram Praeposito, & aliis Pa-tribus, secus autem in examine ad aliquod be-neficium, quod fieret per oppositionem, & concur-jum? Ex p. 5. tr. 1. 4. & Mise. 2. Ref. 89.

1. Ad hoc dubium affirmatiuē respondet Lau-rentius de Peyrinis in priuile. Minim. 10. 3. in hac Res. cap. 2. in conf. Sixti IV. num. 25. vbi sic ait: Sciant Examinatores peccare se omnino mortaliter, si ex-minandos præmonant de punctis, de quibus in examine eos interrogabunt, fraudulerent enim exer-cent officium sibi commissum. Verū si alii ex-aminandi essent evidenter idonei, & ob timorem, vel aliam naturalem verecundiam, apergū Examina-torum turbarentur, non putaret mortaliter pec-care, qui de huiusmodi punctis præmonerent. Ita ille.

2. Sed hæc opinio ita absolutè prolata mihi non placet, & ideo illam libenter admitto in examine, sup. hoc v. g. Episcoporum coram Pontifice; in examine examine Confessiorum coram Episcopo; in examine no-strorum Scholasticorum coram Praeposito, & aliis Patribus, &c. Secus autem dicendum est in ex-a-mine ad aliquod beneficium, quod fieret per op-positionem, & concursum, nam in tali calu ex-aminandus præmonitus super puncta responderet edequ s. melius, quam alij, ergo præmonitio illa vergeret in

Sup. cōtentō
in tom. 8. tr.
3. Refol. 5. §.
Notandum
est, per totū.